



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXVIII. An Deus etiam in ordine gratiae per concursum simultaneum influat
in effectum, & actionem causae secundae immediate immediate virtutis,
& suppositi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

secunda ad formam, vel motum, quem ipsa causa secunda efficit principaliter, dicit non agere immediate supposito, sed tantum virtutis. Itaque in hoc videtur convenire, quod Deus tunc solum operatur immediate inmediate supposito, quando solus sine concursu alterius suppositi operatur saltem ut causa principalis. Caietanus autem addit Deum solum efficere esse existentiae, etiam quando concurrat cum creatura ad operandum, & illud sequitur Alvarez d. 18. n. 19. & tribuit D. Thomae q. 3. art. 7. neutrum autem nobis verum videtur.

Et in primis distinctio illa Caietani reiicienda. Distinctio est, quia etiam causa secunda dant suis effectibus esse existentiae, alias nihil efficerent, quia efficere rem aliquam, non est aliud quam dare illi existentiam, quam antea non habebat. Nam res prius quam fiat, non est res actus, sed tantum in potentia. Unde ut sit res in potentia, non oportet ut fiat, sed ut possit fieri per affectionem; ergo sit res vera, & actualis, dum per existentiam constituitur in esse actualis entis; ergo nihil aliud est, rem fieri, nisi accipere existentiam. Ergo vel causa secunda nihil agunt vel dant effectui existentiam suis effectibus; ergo ex hac parte non magis concurrat Deus immediate inmediate supposito cum causis secundis ad esse existentiae suorum effectuum, quam ad ipsos effectus. Neque probabilior est subdistinctio dicentium causas secundas esse causas principales in suo genere suorum effectuum, quantum ad formas, vel naturas eorum, quantum vero ad communicandum esse existentiae, esse tantum instrumenta Dei. Hoc enim etiam est falsum, quia omnis efficientia, siue principalis, siue instrumentalis, est communicatio alicuius esse existentie, quia per illam immediate producitur aliqua entitas actualis, quae incipit esse in rerum natura, & hoc est recipere existentiam. Unde si causa secunda aliquam rem producant ut causa principales in suo genere, eodem modo producant aliquam existentiam, vel e contrario, si in productione existentiae sunt tantum propria instrumenta Dei, nihil efficiunt ut causa principales. Sed de hoc puncto in sequentibus capitulis occurrat occasio dicendi plura, ubi de illo etiam loco D. Thomae q. 3. de potent. dicemus. Nunc vero ad immediatam actionem Dei parum refert illa distinctio, quia etiam actio instrumenti potest impedire immediationem suppositi in agendo: nam animal per semen generat tanquam per instrumentum, & id satis est, ut non efficiat tunc immediate inmediate supposito, sed tantum inmediate inmediate suppositi, sed tantum inmediate inmediate suppositi impressa.

Quapropter generaliter assero concursum Dei cum causa secunda esse immediate a Deo inmediate supposito. Ratio est, quia immediatio suppositi non consistit in hoc, quod sit vnicum suppositum agens, alias etiam creatura non ageret immediate inmediate supposito, quia non est vnicum suppositum agens, nam etiam Deus est ibi suppositum sua virtute immediate influens, & tria supposita divina in omni sua actione simul operantur, & plures portantes lapidem inmediate suppositi ibi concurrunt. Tunc ergo solum dicitur aliquid operari immediate inmediate supposito, quando per solam virtutem alteri supposito communicata influit in effectum talis virtutis, sicut de generante per semen dictum dicebamus, & idem est de mouente per impetum impressum, & de generante mouente lapidem iuxta modum loquendi Philosophorum. At vero quoties suppositum per virtutem sibi inherentem, siue intrinsecam, immediate operatur, tum vere agit inmediate inmediate supposito, siue habeat aliud suppositum cooperans, seu simul efficiens, ut Suarez de Gratia Pars II.

siue in eodem genere causae, siue diuerso: quia concomitantia alterius causae non constituit mediationem propriam inter ipsa supposita causantia, quia nec illa immediatio inuenitur secundum localem propinquitatem, vel distantiam: nam possunt esse simul coniecta, vel sufficienter applicata ad immediatè efficiendum, ut maxime est evidens in Deo respectu cuiuscumque suppositi creati, neque etiam inuenitur illa mediatio in habitudine causae & effectus, quia productio talis effectus immediatè potest fluere ab utroque supposito, sicut fluit immediatè ab utroque virtute. Ostensum autem est concursum causae primae esse immediatè a virtute in creata Dei, quae virtus est intimè in ipso Deo, imò est ipsum suppositum Dei, & intimè adest omni operi causae secundae illud faciendo. Quid ergo amplius desiderari potest ad immediationem suppositi? Ratio enim alterius sententiae solum probat, in hoc concursu Deum non esse vnicum suppositum agens, non vero non esse immediatum, quod longè diuersum est.

Sed obicies, quia communiter dicitur quod Deus operatur effectus causarum secundarum illis mediantibus. Et ita causa secunda vocatur proxima, & vniuersalis remota, ut patet in caelo, & in aliis intermediis causis. Respondeo etiam communiter dici causam primam intimiorem, & immediatius attingere, & quasi penetrare effectum omnis causae creatae, quam ipsa causa secunda. quod quia ad Dei perfectionem pertinet, maiori proprietate est intelligendum, non solum de virtute, sed etiam de supposito, cum & in Deo haec non distinguantur, & eadem sit utriusque ratio, ut declarauimus. Dicitur ergo Deus agere mediis causis secundis, quia etiam illis dat virtutem operandi, & illas conseruat ad suos motus, agere sinit, & ita etiam per illas operatur, quamuis non per illas solas, sed etiam immediatè per se ipsum illas adiuvando, & immediatè cum illis efficiendo, ut explicatum est.

Et in hoc superat Deus alias causas vniuersales creatas & coelos, nam istae ordinariè non agunt cum causis secundis inferioribus inmediate supposito, sed virtutis, imò ordinariè non influunt in ipsam actionem causae inferioris, sed in ipsam causam, ut inferius explicabo, & ita respectu aliarum causarum creatarum vniuersalium facile intelligitur, quo modo Deus intimior, & immediatius agat cum causâ inferiori. At vero respectu causae secundae proximae, & particularis non dicitur Deus immediatius agere propter solam negationem causae mediae: nam hoc modo etiam causa secunda proxima agit omnino immediatè inmediate inmediate supposito, & est sine medio, sed id dicitur vel propter altiore rationem immediationis ad eum modum, quo vnus assensus dici solet certior alio, non propter solam carentiam formidinis, quae in utroque potest esse integra, sed propter altiore rationem assentiendi. Sic ergo dici potest Deus immediatius influere, quia a se, & essentialiter habet illam immediatam causalitatem, nec potest quidquam fieri sine illa, quod non ita est in causa creata. Vel etiam dici hoc potest, quia causa creata non intimè adest suo effectui sicut Deus, quod maxime patet in causis secundis naturalibus, seu corporalibus, per se enim, & inmediate inmediate supposito solum agunt in passum, in quantum illud attingunt, & per solam virtutem quasi diffusam penetrant ipsum. Deus autem non sic, sed intimè adest ut per se ipsum immediatè agit in totum, & in singulas partes eius. In causa verò spirituali, ut in voluntate respectu sui actus, non ita procedit haec ratio, prior verò ad illum modum loquendi sufficit.

7. Obiectio diluitur.

8. Eminentia primae causae haec in parte.